



Oprawiono w r. 1937.

I





Reverendissimi patres et domini metuendissimi quamvis a primordio
nostre regeneracionis et assumpcionis fidei Catholice tot iniurias tot
que turbaciones molestias et incomoda, a fratribus venerabilibus
domus Theutonicorum de prussia decem et octo annorum revolucionibus
que dictis et scriptis explicari non possent, neque singultibus et suspiriis
ac etiam lacrimarum profusissima innumeritati, enarrare valeremus
vires paciencie non sine divine providencie misterio transcendentes, qualem
pacienciam humana racio nobis ministrare non valuisset, si per divinam
graciam concessa minime extitisset Tamen attendentes quod nulla mansuetu-
do, nulla que tolerancia seu paciencie modestia, ab insultibus predictorum fratrum
ordinis domus Theutonicorum de prussia nos poterat nec potest modo aliquo
relevare, et ab immineris periculis et angustiis liberare, casus quos passi sumus
non sine maxima mencium compunctione vestre sanctitati decrevimus decla-
rare, que et si propter treugas inter nos et eosdem fratres ad biennium statutas
sub taciturnitate et paciencia volebamus pertransire, tamen silere non
possumus eorum enormibus vexacionibus excitati Nam si nobis easdem treugas
ante Bradnicziam per dominum Lausanensem episcopum, sedis apostolice legatum
firmatas tenuissent et servassent nunquam ea que vestris paternitatibus
ad presens exponentur nobis exponi procul dubio fecissemus Sed noluit deus
quod iniurie nobis facte, et non nobis tantum, sed fidei catholice sub taciturni-
tate transirent, Ideo necesse est nobis, ut coram Sanctissimo cetu vestro in-
iurias nobis factas, et violaciones federum ac treugarum exponamus, ut
saltim per eundem S. v. cetum provideri prudenter possit, quod in posterum
pacta, colligaciones, et federa nobis et ceteris principibus ac coadiuto-
ribus nostris per eosdem fratres firmius et solidius observentur et quod predicti
fratres per doctrinam paternitatum vestrarum in vita et moribus reformentur,
hoc est enim quod summe nos cupimus et ab intimis precordiis affectamus
non enim bella cum eis inire nec eos opprimere vellemus, non contra fas eorum terras
possidere, deum testamur, cupimusque patres reverendissimi sed pacem et
quietem exposcimus, qua mediante, feliciter fidem catholicam am-
pliare valeamus iamque nobis summa cura est grecos et grecorum
fidem sequentes ad fidem catholicam convertere et unire In qua et
putamus posse proficere maxime si nobis per eosdem magistrum et fratres
molestie vel impedimenta nullatenus inferantur Cumque nunc spiritus sancti
gracia ministrante in unum accersiti universalem repletis ecclesiam
et sic ad vos pertineat abolere discordias propagare, et augere
fidem christianam, et hereses extirpare aut ne emanant, impedire cogi-
tamusque zelo fidei et caritatis ardore non iniuria quapiam, enarrare que
hactenus ab eisdem fratribus passi sumus, ut illis consideratis, salutare
et perpetuum remedium apponatur ne bellorum anfractibus christianorum
strages occurrat, ut hactenus dolentissime referimus eam constitit
evenisse cum enim iam ob treugarum fracturam per ipsos factam videamus
ad bella eorum animos, esse conversos oportet Sanctitati vestre primor-
dia aperire quo efficacius remedium prebere valeatis Itaque Reveren-
dissimi patres et metuendissimi domini ex quo eterni regis dispensacio ineffa-
bili racione cuncta ordinans et disponens vos huius mundi iustos con-
stituit iudices, et erexit vos in titulum et gloriam sue laudis, ad dandam
scienciam salutis plebi eius, ad reducendum dispersos de gentibus et re-
ducendum filios de longinquo, vos enim estis quorum precepto, bonorum salus
provenit et langor malorum omnium causatur, a vobis dependet desiderium
singulorum ad vos non immerito recurrimus coram que conspectu vestro
pias preces, effundentes suffragia postulamus, ac ut in pace sistere

liceat humillima exhortacione requirimus Et eciam si hii qui sunt egritudini-
bus ad nre benignitatis reduxerint presidium ut sanitate a nobis ac-
quisita virtutibus redimi et restitui, a vra sanctitate mereantur
cur non flagrante sanitate constituta, ne impiorum morbo conficiantur
merito a vra sanctitate medelam implorant. vobis namque data est
ptas omnimoda mandare iniquis, Nolite inique agere, et delinque-
tibus nolite exaltare et erigere cornu. vobis convenit ut accipiat
domus vra iudicium et arguat turbatores, pro mansuetis terre, donec
sciencia caritatis evacuet scienciam vanitatis Nos igitur in fide novelli,
qui a primordio regeneracionis nre, et a tpe aggregacionis ad sinum fidei
orthodoxe, saluti xpiane quantum in nobis fuit, volentes providere vir-
tutem illam, que pax dicitur, a qua Salvator noster tanquam a digniori Rex
pacificus, nominari dignatus est, imitari cupientes quam eciam caris et
discipulis suis, pro memoriali quo nichil delectabilius, dulcius et
gracius extimari poterit, de hoc mundo ad regnum patris properans
reliquit et dimisit, pacem meam inquiens do vobis, pacem meam
relinquo vobis etc. pro eo quod, quod nisi in pace, non bene coli poterit
auctor pacis, semper a tpe assumpte fidei cogitavimus cogitaciones
pacis et non afflictionis, nec unquam nri fuit propositi quod cum domesticis
fidei guerras debuissemus exercere, quia qui suorum et maxime domesti-
corum curam non habet, ut sacra probat scriptura, fidem negavit et
est infideli deterior. Ideoque et de hiis que ad pacem, pro informacione
vre sanctitatis, recitaturi, et scripturi sumus protestamur solenniter
quod omnia quecumque pro parte nri exponentur non ad irritandum quempiam
nec confundendum, sed ad pacis assequenda dulcedine, nec ad suscita-
dum sediciones, seu bella, sed ad necessitatem nos urgentem explican-
dam, et comodum, ac statum pacificum et tranquillum fidei catholice
procurandum, recitari debent, atque proponi. Et non ad vindictam seu in-
iurias tendimus, sed salutare remedium et medelam instamus et
devote petimus, intolerabilis iniquitatis morbo succurri que tam
habunde exuberat quod nedum quandoque in auctorem eius redundat
sed plurimorum xpianorum cedit ad noxam, et non minus xpiane fidei
augmento resistit, Et quamvis plerique pacis emuli propter veritatem que eis
proponitur, offenduntur, attento tamen, quod ipa veritas non querit angu-
los, que, dum occultatur, frequenter offenditur eandem que alias tpe
scismatis, nos relevare non potuit, pro parte nra, tam sedi aplice
quam Romanorum Regi, quam eciam aliis Regibus et principibus, sedule exposita
et crebris vicibus repetita coram vris paternitatibus, qui primam post de-
um meruistis obtinere ptatem, in quorum ore non est alligatum verbum domini
immo nec potest timore humano in nobis potest abrui spus libertatis
prosequi ex dei precepto compellimur, iubet enim deus, quod si proximus sa-
lutaribus monicionibus ab eius iniquitatibus non resurgit ipum ecclie de-
feramus non intendentes tamen aliquem in salute anime aut honoris
prout permittitur, offendere, sed potius vulneratas consciencias tam
in nobis quam in proximis nris prestante altissimo efficaciter refor-
mare Nunc ergo cum omni timore dei, et reverencia sanctitatis
vre, ac supportacione fratrum ordinis theutonicorum de prussia prote-
stacionibus predictis, repetitis, divine legis, volentes implere pre-
ceptum, pariter et humane, que permittit ius suum unicuique prosequi et
tueri, materiam aggredimur, que nos circa assumpcionem fidei
catholice multipliciter perturbavit, nobisque tot offendicula et tanta
temptacionum incomoda introduxit, quod eciam dictis et scriptis non po-
terunt explicari, sed nec dubium, quin procurante seminatore ziza-
nie humani generis adversario, qui per tribulaciones multimodas et ad-
versitates varias, nos cum gentibus nris neophitis conversis ad
dominum a caritate xpi per suos ministros et sequaces separare sata-
gebat talia sunt suborta. Altitudo ×sapiencie dei, disponens omnia

×autem

suaviter nos protexit, paciencie graciam nobis dando, nec per in-
firmitatem, diversitatem que vexacionum permisit nos succumbere, iuxta
illud, quod dominus exercitum detenerat, quibus poterat infirmare
ymo nec varire in nobis et gentibus nostris potuit casualis eventus,
quod celestis consilii disposuit celsitudo. Gloriosum quippe est cui-
libet xpiano, cum affligitur, dummodo turpis non fuit sed in xpo
commendabilis afflictionis occasio. Disponente igitur altissimo VI
et ad baptismi graciam cum gentibus nostris, nos vocante, dum ad regnum
Polonie pro assumenda fide catholica, cum omnibus fratribus, principibus
que et pocioribus Baronibus, ac Nobilibus Terrarum nostrarum Littwanie, iter nostrum
assumpsimus, ipsum que cum omni devocione continuando, non destitimus
maturare, huius spei firmam gerentes fiduciam, quod de conversione nostra do-
mestici fidei, deberent in domino plurimum gratulari, ambasiatores nostros
notabiles, ad magistrum generalem fratrum predictorum de prussia Conra-
dum dictum Czolnar direximus, ipsum studiosis rogitantes precatibus
ut amore illius qui sua nos morte redemit, nobis de tenebris ad lucem
et de perdicione ad salutem iter preberet, innaret que egressum, et levatum
de fonte baptismatis, tamquam spiritualis cognacionis propagator et minister
de preceptis dei, et de agnicione fidei, nos instrueret, et doceret. Et sicut a
viris audivimus catholicis, et pro re certa hoc tenuimus et tenemus
quod gaudium sit angelis dei super uno peccatore penitenciam agente, Sic
credentes, quod ipse magister cum suo ordine multo forcius gratulari, debuit
et gaudere, non tantum de nostra, sed et tante multitudinis gentis nostre quam
difficulter aliquis dinumerare potest vel potuit nos sequentis, conversione
benignissima et devota, per quam mira dei pietas mirabiliter gremio fidei
catholice, ipsam, et nos cum ea, dignata est adunare. Invenimus tamen VII
eundem magistrum, ab exemplo angelorum sanctorum omnino segregatum, et a
gaudio ipsorum totaliter discrepatum, dum ex conversione nostra, et gentis nostre
predicte, fuerat ultra modum conturbatus sequacem herodis, se faciens qui
nativitate xpi fuerat nimium consternatus. Voluit que conversionem nostram, et
predicte gentis nostre, totis viribus impedire, ubi inventa est iniquitas ipsius
ad odium, dum illud in nobis niquam odivit, et impedire conabatur, quod to-
tis viribus debuit dilexisse. Et quid fecit, quesumus attendatis, in hoc quidem VIII
herode commendabilior, idem magister prohibet, quod turbacionem suam nescivit, ita
bene, sicut herodes palliare. herodes enim cogitans et disponens xpm in-
terficere prout dicit scriptura ewangelica, clam vocatis magis rex. Et
iterum inquit: Ite et renunciate michi ut et ego veniens adorem eum,
confinxit ergo se voluisse illum adorare, quem voluit occidere. Ipse enim magister
taliter per nos requisitus ne iret ad levandum, nos excusavit se excusa-
cione consimili qua fecerant invitati ad cenam, de quibus scribit evange-
IX lista, quorum primus dixit villam emi alter iuga boum emi tercius
uxorem duxi. Istorum quippe responsiones pertinet predicto magistro poterint
applicari, qui villam primo emit, cupiens hereditatem nostram patrimonialem
nobis absentibus contra deum, et omnem iusticiam occupare. In qua iuga
boum et cum agriculturis fertilibus sine precio potuit comparare. Uxorem
duxit cupiditatem suo ordini inherentem demirando ipsam que ruborem
humanitatis postposito, occultare non valendo, facta que excusacione huius-
modi, congregavit tota sua, et ordinis sui potentia, infirmans magistro
livonie, eiusdem ordinis quod bonum tempus haberet, in quo possent nobis abse-
ntibus dominia et terras nostras invadere, et eas pro libito ipsorum molestare
et turbare. Sic que idem magister littwanie facta conspiracione et liga cum quibus-
dam vicinis principibus, scismaticis videlicet smolnesibus, et aliquibus fratribus
nostris, et nobis subditis videlicet ploten quos ipsi magistri volebant, et ipsis fuerunt
polliciti locare eos in sede suprema principatus nostri lithwanie, ipsos sibi
per hoc associatos, et attractos cum ipsis, et eorum exercitibus, terras nostras ad
plagas quadripartitas in longum et latum invaserunt, propter nostram absenciam, et quia sub pacis ocio manebamus, nemine se opponente
offendi, maxime ab illis qui zelo fidei et precepto religionis debebant

nos merito adiuuare, inuaserunt ergo inhumaniter terras ipsas, ipsas quas prius
mo per interempcionem hominum anhelancium vna nobiscum ad fidem et adducere
per eos poterant vastatas diuersis incendiis, in cremis impietatis, que excogitari
fauillas, hactenus huncmodum circa vastaciones huiusmodi satis horribilem et
crudelem predicti ordinis, cum inimicis sceleris, sibi adinuicem obseruabant, Nam
tum trite, Nam magister prussie, a finibus terrarum suarum in longum terras Li
thwanie incipiens vastare, progressiue vastabat, vsque ad congressum
cum magistro litthwanie, Similiter litthwanie magister ab alio fine vastabat
progrediens, quousque in medio terrarum littwanie predictorum cum exerciti
bus suis sunt congressi, Et hoc modo per hos magistros longitudo terrarum
littwanie desolata fuerat et vastata per alios magistros ante ipsorum prin
cipes predictos, cum ipsis conspirantes per transuersum ab vtroque latere in
latitudinem ad modum crucis vsque ad centrum earundem terrarum littwanie
ipse terre sunt pertransite et transcurse et tam immisericorditer desolate
Ita quod in longum et latum vastitates earundem terrarum ponderando, vltra Cen
tum miliaria magna, litthwanie, que multo istis maiora, que in hac pa
tria computantur, vestigia desolacionis predicte in ipsis terris apparebant, et
apparent nec credi poterit sine misterio facta fuisse, talis crux vastorum,
quia forte princeps tenebrarum, senciens se expellendum, eiciendum, et fuga
dum, de eisdem dominiis, per memoriam et passionem ihesu christi, et fidem ca
tholicam, in eisdem partibus assumendam per suos imitatores, qui se simula
bant dei ministros, tam crudelem vastitatem fieri procurauit extollens
se supra omne, quod vocatur christus et quasi dicens nec tibi, nec michi
sit, prout de meretrice legitur cum concipet, se puerum, quem occupaucat
per diuisionem, ut per medium laceraretur, assensit, O quot et quantos torto
X rum insanorum manus, senes iuuenes cum lactantibus occiderunt, et in
necem deiecerunt acerrimam nulli deferantes sexui vel etati, qui arden
tissime ad baptismum ecclesie et fide catholica, innocentes separastis
[mez setain?] O maledicti sanguinipete, quare expulistis nos contra fidem catholicam,
Cur abiecistis consilium pietatis, et abiistis in consilio impiorum Vnun
dia, ei qui non fecerit misericordiam, et quod ex iusto dei iudicio, in vna die
pibunt cogitaciones vestre consilium autem dei, et iudicium in eternum per
manet forte nescimistis quod delectabile spectaculum est angelis, si sunt
homines pro iusticia, obprobrium abundantibus et despeccio superbis
XI Nam ignis, aurum, temptacio virum probat Gedimini namque conuersi in
ancianam praui, amici erant hostibus, fidei catholice, ante conuersio
nem nostram, sed post baptismum facti sunt amicis hostes atrocissimi, et
persequtores asperrimi, delere nos volentes, Et licet tot inquietu
dinibus nos affecerint, totque damna nobis intulerint, que multis
thezaurum, redimi compensari que, non poterunt, nichilominus suffragante
illo, qui nos sanguine suo dignatus est redimere, separare nos non pote
rant, a caritate ihesu christi, quinymmo ipso duce cuius eciam res agitur,
intrantes Regnum polonie, opus sum perfecimus per baptismi graciam
fidem catholicam deuotissime assumendo, cum omnibus principibus ba
ronibus Nobilibusque, tunc in nostro existentibus Comitatu et sequela. Et
XII demum in regno polonie existentes, misimus quosdam principes, spiritua
les et seculares, et solempnes ambasiatores ad predictum magistrum fratrum
ordinis Cruciferorum de prussia, indicantes sibi quomodo fidei catholice
per regeneracionem sacri baptismatis, fuimus adunati, petentes ipsum et
eius ordinem humiliter et deuote, ut nobiscum pacem stabiliret et
teneret, ex quo nulla haberet occasionem pugnandi contra nos et terras
nostras, dum ad vnitatem fidei orthodoxe venissemus, Intimando eidem
quod admirari non sufficiebamus, quod iam christi nomen, deuote assumptum nos im
pugnare, vbi prius nobiscum, beniuola amicicia perseuerare conabatur attento
quod nunc conueniebat caritas et amor, ex quo omnes in christo fratres fue
ramus effecti Ipse autem nec vnica die pacis voluit nobis concedere
asserens quod sine scitu, et voluntate domini pape, Romanorum Regis ele
ctorum que sacri Imperii, non posset nobiscum aliquam pacem, stabilire et
firmare et sic ab impugnacione nostra non destitit, nec voluit desistere

quomodo modo tempore non sine magna amaritudine, hoc accidens
nos turbavit, dum circa acquisicionem pacis sub xpi nomine laborantes
disturbia inquietudinum non potuimus evitare, Et ecce considerato XII
eo quod talia de fonte voluntatis divine emanant, et procedunt, cuius
disciplina in presenti amarissima est, in futuro autem reddens fructum
pacatissimum, nec putare potuimus, quod haec ex ira dei quin potius ex
mansuetudine dilectionis ipsius processissent, ex quo quem diligit casti-
gat sic quod irascitur deus ut mansuescat affligit, ut parcat, prosternit
ut erigat. Ideoque salubrius elegimus, domum dei augere divinis
preceptis, sanctis quoque virtutibus, et bonis moribus, quam possessionibus, immo
utilius putavimus celum impleri quam orbem, et ex inde satis perpendimus
hominum temptaciones pericula, que nobis accidebant, aut possent accidere
in hac vita, timoreque hominum adversitatum huius seculi post posito et conpe con-
tempto, ab opere dei manum laxare et retrahere noluimus, sed ad partes Lith-
wanie post assumpcionem fidei katholice, de regno Polonie nos transtulimus
cum societate prelatorum, doctorum, religiosorum quoque virorum, et spiritualium persona-
rum non modica, nobis aggregata et adiuncta. Ubi in omnibus insignioribus
locis, homines tam nobiles quam communes, senes iuvenes, pueros et la-
ctantes, cuiuslibet sexus iussimus congregari, congregatosque dividi fecimus
in catervas propter nimiam multitudinem eorundem videlicet in una parte omnes
masculos, et in alia feminas ponendo quibus sic divisis presbiteros ad-
iunximus, ad qualibet caterva quotquot fuerint necessarii pro baptizan-
dis eisdem hominibus catervatim. Sed non sine miraculo predicto qui debue-
runt baptizari, gratia spiritussancti inflammati, tam ardenter tamque
sitibunde ad baptismum aspirabant, quod unus alium precurrebat clamitans
pro baptismo celerius sibi dando, fuerunt quoque ita unanimes eiusdem spiritus-
sancti repleti dulcedine, quod nullus reperiri potuit in tanta multitudine
qui de susceptione eiusdem baptismi, valde gratus non fuisset. Hic partibus Lithwa-
nie, a fine ad finem parrochiales ecclesias et conventus ereximus et in locis
dotavimus opportunis. ministros in eisdem auctoritate episcopali constituentes
et locantes quousque in Wilnam qui est locus insignior pervenimus, ubi
ecclesiam fundavimus cathedralem et ipsam dotavimus de bonis nostri patri-
monii, in qua episcopum, prelatosque et canonicos et alios ministros pro dei obse-
quio necessarios constituimus auctoritate sedis apostolice, ad hoc specia-
liter accedente hijs pactis et completis, omnes errores, cultus quoque ydolorum XIII
in singulis partibus earundem terrarum cum omni festinacione extirpare
fecimus et purgare. presbiteros, predicatores quoque ad omnes fines earundem terra-
rum, cum potestate seculari, direximus ad baptizandum gentes que non
fuerunt baptizate. Et ut talia liberius perfici potuissent, iterum ad magistrum
et ordinem fratrum de Prussia, ambasiatores nostros solemnes di-
reximus, petentes ipsum, et ordinem ipsius devotissime, ut manum re-
traheret, ab impeticione terrarum nostrarum, et guerras reponeret in
quiete, ad tempus aliquod, si nollet perpetue ut predicte gentes nostre
liberius potuissent convertere ad baptismum. qui tandem spreto omni
fidei katholice zelo omni caritate, et humanitate depulsis, nullas no-
bis prestare voluit inducias quin semper nos in tam sanctis et piis operi-
bus constitutos impedivit, plus solito easdem terras nostras maioribus
tribulacionibus et durioribus vexacionibus inpugnando, nullamque quietem
pro consummacione eiusdem operis deifici ab ipso habere potuimus nisi illam tantum
habuimus quam prestabant viarum discrimina inundaciones aquarum et alia
que accessum ad easdem terras nostras Lithwanie, sibi prohibebant et necare
potuerunt, attento igitur, eo quod ipse magister cum suo ordine et fratribus, XV
non haberent, occasionem aliam erga nos dimicandi et guerras nobiscum
ineundi, nisi propter fidem catholicam, que ex mera dei processit iusti-
cia patet ex amicicia quam nobiscum ante tenebat in dubiam fidem
assumptam tenebat pro fomento persecucionis nostre, et pro consolacione singula-
ri, illud dictum evangelicum assumpsisset videlicet beati qui per-
secucionem paciuntur propter iusticiam, eandem fidem catholicam non
destitimus ampliare, a cuius dilatacione nulla nos potuit seque-
strare adversitas. ex quo ille qui in celis habitat, et humilia
respicit, cause nostre semper fuit pius consolator et director perfecto XVI
incepta nolentes deserere, sed ea totis vite conatibus persequentes

iterum graues, et illustrissimas personas extraneas, et signanter ducem
Conradum, Olesnicen pie memorie cum aliis magnificatus dominis qui
se eciam magna apud magistrum, et ordinem, in factis pacis pro nobis petite posse
efficere extimabant, ad eosdem magistrum et ordinem direximus, petentes ut
nos in prosecucione tanti boni, et ampliacione fidei catholice non impetent
sed nobis libertatem prestarent, ad gentes terrarum nostrarum baptizandas. In
qua re per expressum cognita est ipsorum cupiditas, dum eisdem principibus tale
responsum dedisse perhibentur. inquientes quod non licet eis cum talibus treugas
pacem facere, in quibus ipsi banneria ipsorum extendebant, quia privilegiati
essent super ea, quod ubicumque banneria ipsorum ut premissum est, extenderent
ille terre deberent ad ipsos pertinere, O quale privilegium illud esset, quod
in personis ecclesiasticis tirannidem avariciam ambicionem que constitueret
sed et illud stare non credimus, est ne hic religionis fructus, sub eius nimie
umbra Et sic evidenter comprimus, quod avaricia in mentibus eorum maius
habuit dominium, quam propagacio fidei christiane, quinymmo illa in tantum
excrevit in eis, quod in ipsius fidei contemptum est illa vendicare, aut
verius usurpare quesierunt, que ad usum et dominium redacta iam extiterant
christianum O rubigo animarum avaricia, O tinea cordium cupiditas que
sic eosdem magistrum et fratres excecasti, ut dei et iudiciorum eius obliti ne-
que sue parcerent anime neque fame. Sicque cum hiis, qui nos oderunt volu-
imus esse pacifici, et cum ea que ad pacem fuerunt loquebamur cum
XVII illis impugnabant nos gratis Attendite igitur quomodo fecerint et
si miseracio humane pietatis, ipsis tunc inerat, aut potuit inherere
cum ipsi deserta omni dei iusticia, et omni humanitate derelicta, in terras
nostras captato tempore nobis absentibus insiliunt, ipsas que multiplici
vastitate destruant cremant et convertunt in cinerem tam iuvenes quam
senes neophitos, ac parvulos utriusque sexus necant crudeliter, in san-
guine ipsorum gladios suos impiissime rubricantes. Ubi eciam illa non
deerat sevicia in impiis, quod quicumque nominavit se christiano nomine, hunc gla-
dius ipsorum avidius penetrabat. O gens ne dixerimus christiana sed bar-
bara, Quomodo enim christianus meretur dici, qui sola impietate animi
christianos et illos maxime qui noviter sunt conversi interimere
intendit profecto circa hoc genti baptizande talis timoris occurrit con-
quod postmodum ceteri baptizari formidabant, quod noverunt mencio
ad quam aspirabant tam crudele martirium pati, propter fidem
se christianos non vocabant, salvi vita et corpore captivi, Omnes etenim quicumque
ipsorum prussie pellebantur ac nomen et fidem christianam profitentes, tamen ad terras
et quicumque ibidem in terris litthwanie, sacerdotes et ecclesia invenieba-
ntur tunc circa baptismum neophitorum laborantes turpiter et sine omni
misericordia mactabantur et ad escas bestiis ac volatilibus expositi, et
proiecti sunt Quotquot etiam ecclesie ibidem per plebe neophita fun-
dabantur per ipsum magistrum et fratres ordinis predicti cremabantur et re-
digebantur in nichilum, quod ipse magister et fratres eius ordinis invide-
bant operibus que faciebamus in christi nomine pro fide catholica dilatan-
da, Ipsa enim pestis invidie, merita virtutum non ponderat sed tormen-
ta consciencie sustinet, dum ipsam preceps ambicio, et elacionis ipse
appetitus excecat invidus enim quilibet inimicus est pacis contemptor
fidei et adversarius unitatis ad dissensiones promptus, et ad odia
XVIII inhumanus preterea spem habentes, graciam sedis apostolice ad
tollendas abominaciones eorundem magistri et fratrum ordinis predicti
nobis et genti nostre neophite in hac parte succursuram ad eam
misimus premissa exponentes eidem quomodo ipse magister cum suis
adel. fratribus et ordine essent nobis plus infesti quam unquam fuerunt an-
te assumpcionem fidei catholice, ymo et si quosque favoribus nos pseque
bant in gentilitate existentes, nunc in gremio sancte matris ecclesie
associatos, constitutos, et adiunctos, prorsus adimunt infestant et
insidiis perturbant exposuimus ergo, quomodo non permittent nos
augere fidem catholicam nec pacem nobiscum vellent amplecti
aliqualem ubi tunc supplicatum fuit domino Urbano pape VI ut ipsos

cohiberet ne nos impediret in tam piis et gratis operibus Deo Sicque
predictus dominus Urbanus papa Sextus, volens calamitatibus nostris
et gentis nostre Neophite paterne succurrere, et fidem catholicam temporibus suis
dilatare, misit ad eos suas literas et nuncios ut nobiscum pacem tenerent
et non impedirent nos in exercitio et augmento fidei christiane Similiter
fecerunt domini Bonifacius et Innocencius, qui nuncios et literas ad eos di-
rigebant, ipi autem dixerunt se voluisse, eisdem per nuncios ipsos respo-
dere, fingentes se mandata ipsorum gratanter suscepisse, post recessum autem
eorundem nunciorum, exhortaciones ipsorum contempnentes, preceptis apostolicis
obedire noluerunt, Quamobrem spes nostra, quam in pace mandatis et
exhortacionibus apostolicis procuranda habuimus in toto est frustrata.
Denique misimus ad Romanum Regem et electores imperii et ceteros prin-
cipes christianos, nobis petentes de pace provideri, non erat autem tunc
qui adiuvaret, aut qui salvos faceret, quia ipsi magis cum fratribus tunc tum
magis pro pace habenda clamamus, nobis et genti nostre crudelius insulta-
bant Terras nostras tam a parte terrarum prussie, moleste ferentes quod in-
duces per iusticia et ad maiorem quietem pro sola pace peteremus terras
nostras, tam a parte terrarum prussie quam a parte litthwanie bis aut aliqu-
ter in anno prout ipsis oportunitas temporis suadebat, vastabant, et
omnes inhumanitates circa occasione Neophitorum acerrima exercebant, non
deferentes ut permittitur religioni sexui et etati occisorum, ubi ecclesias
ut permittitur, quotquot reedificabant cremabant presbiteros et religiosos occi-
debant, ecclesias scismaticorum salvas et integras dimittentes Et in
omnibus hiis, non est quietatus furor eorum sed ulterius manus eorum exten-
debant contra nos et terras nostras, a quarum vastacione cessare ecclesie ob exhor-
XIX tacones et mandata dei fidei catholice ac summorum pontificum illatenus
voluerunt, nec terras nostras propter earum latitudine ad extrema desolacio-
deduce valentibus, quid fecerint, avida mente et aure attentissima que-
sumus attendatis, Nam illud quod Salvator detestabiliter reprobans
et prohibens per evangelium ne scilicet scismata et divisiones in Regnis
in ecclesia dei fierent dum annunciavit, omne regnum in se divisum
fore desolandum minime attendentes, ipi contra intencionem salvatoris
perverso studio incedentes studuerunt novelle plantacionis ecclesiam
in terris litthwanie nasci incipientem non edificare sed destruere preten-
dentes, divisionem sedicionem, omneque malum, inter nos fratres nostros
ymmo inter se metipsos Nobiles, et plebeos terrarum nostrarum indigenas semina-
re procurarunt ecclesiastice arte et misterio diabolico, bellum intestinum in
terris nostris pace dei volentibus inducere, Promiserant enim quibusdam
fratribus nostris quod ipsos ad sedem supremi principatus nostri voluerunt extol-
lere et Regnum de terris nostris erigere, et eos postmodum coronare et
sic ab antiquis temporibus circumveniebant fratres nostros, a nobis ipsorum
arte et dolo divisos, et ad se taliter evocatos, a quibus nullam potestatem haben-
tibus nichilque alicui donare valentibus privilegio super terris et domi-
niis aut aliquibus iuribus exigebant, Terras nostras iure iniquo vendicare
et occupare pretendentes illud dictum Nichil dat, qui non habet minime
advertendo et sic per fratres nostros ad se attractos dissidium in terris nostris
scismata horribilia seminabant, ita quod pater filio, filius de patre
frater de fratre vir de uxore et uxor de viro non bene confidebant
prodebat quod alter alterum hinc et inde, et ad mortis periculum
unus alium exponebat ibique fervor fidei incipit tepescere ex quo
non videbant illius patrie gentes se posse sine eorum acerrimo ex
terminio fidei opera exercere et quod terra, intestinis guerrarum vexabatur
incomodis, sic quod in ampliacione fidei catholice modica potuerunt
prevenire incrementa Et ecce huius ordinis et fratrum, qualis ibidem
XX apparuit aut potuit apparere devocio, dum publice intrantes terras
lytthwanie cum exercitibus proclamari fecerunt, ut quicumque vellet li-
bertatem habere stareque in errore paganico nec ad fidem catholicam con-
volaret dicte hominis pertalem modum, ad se saltim maledictos attra-
hebant ut per consequens terras et dominia nostra sibi attrahere potuissent
nec dubium quin idem ordo longe sit a salute ex quo suos excessus
XXI iniquissimos tam temerarie dissimulat ignorare Istis igitur taliter

procuratis cum exercitibus magnis castra nostra circumvallabant et aqua
per tradiciones inimicorum familiarum acquirebant circa quarum acquisicionem
committebant strages innumere et sediciones infinite et quot ante presbiteri
quot monachi quotque clerici qui laborabant circa baptismata conversorum
fuerunt miserabiliter interempti nullus misiracione humana ful-
XXII citus posset hoc fictis oculis declarare patratis igitur talibus tan-
dem ad hoc devenerunt res quod ipse magister livonie cum fratribus suis tantam
potenciam tantamque multitudinem exercituum adunavit quantam numquam
ordo ipsius dicitur adunasse et cum magistro livonie et exercitibus fratrum
nostrorum quos a nobis per circumvenciones suas separaverat circumvallarunt
nos de universis mundi partibus vilnam qui est locus insignior in partibus
litthwanie in quo tria castra sunt sita et erecta quorum unum vocatur
curvum castrum in quo multa milia armatorum et aliorum nobilium et commu-
nium hominum utriusque sexus tam pro defensione castri quam eorum pro refugio
et conservacione fuerunt collecta in quo castro dominus kazimirus prin-
ceps christianissimus frater noster germanus carissimus capitaneus ibidem fuerat
constitutus et ulterius in eo castro tanta ut premittitur fuit multitudo
armatorum quod per potenciam ipsum acquiri non fuit possibile nisi prodicio
fraudis intestine in eadem latenter fuisset procurata per quam prodicionem
dum inimici ad debellandum predictum castrum irruerit incendia multa
facta sunt in castro sedicionesque maxime surrexerunt inter existentes
in castro et commode facta fuit talis commocio quod nullus scivit quid agere
debuit inimici autem favore et conniuencia proditorum castra intrant
homines interimunt improvisos ibique tanta strages circa eradicium
eiusdem castri est commissa quod multa milia hominum de insigni prosapia
tam principum quam nobilium quam eciam plebeorum utriusque sexus fuerunt misera-
biliter interempta ubi tunc frater noster germanus predictus kazimirus
princeps christianissimus dum de eorum castro ad alius castrum inferius con-
fugere voluisset per inimicos detentus ad magistrum ordinis fuit ductus
statimque miserabiliter et flebiliter truncatus capite in confusionem et
pudorem nostrum et nostri sanguinis sempiternum crimibus adhuc parum fuit
pudorem nostrum carnium tam impie tamque crudeliter interimere
eundem principem fratrem nostrum et contra misiracionis humane modestiam de cor-
pore in contumelia creatoris nostri et contra ludibria facere presumebant caput eiusdem fratris nostri ad falan-
pore mortuo ludibria facere presumebant caput eiusdem fratris nostri ad falan-
ga longissima seu lancea valde altam impositum per castra exercituum
suorum ignominiose deferentes et sicut abel a cayn sic princeps iste in-
iustissimus ab iniustis innocens a nocentibus interemptus est et occisus
cuius mortis memoria deleri non poterit prout mors abel qui propter in-
vidiam fuit interemptus et qui tamquam simulacrum innocencie semper
XXIII clamabit contra filios iniquitatis impietatis et diffidencie quoque amara
ad deflenda huius principis memoria qui per eos fratres facientes
se spirituales tam turpiter est necatus est ne hec iuste religionis pro-
fessio principes christianissimos eius suis in fide sequacibus et corpora eorum
mortua tam lamentabiliter et ignominiose pertractare et non tantum de isto
principe sed de aliis multis et notabilibus nobilibus quam christianissimis
similia patraverunt inter quos fuit quidam notabilis magnificus dominus
martinus alias gudimunth dictus deo devotissimus et fidelis qui in
conflictu captus tam impie quam ignominiose tractatus est et penarum mar-
tiriis diversis affectus ut tandem penetratis tibiis in arborem sursum
levatis pedibus capite vero deorsum misso suspensus ~~[illegible]~~ sagiptis
transfixus extiterit et ipsis tamquam hericius est repletus et postea
fuerat decollatus revera non est auditum a seculis quod inter barbaros
et paganos tanta ingereret crudelitas et in ~~[illegible]~~ humanitas
tamque maxima et horribilis quod ita turpi morte dampnari deberent
innocentes et a fide catholica renovari hiis itaque commissis et patratis
XXIV castra vilnensia et alia nullomodo potuerunt acquirere quamvis longas
moras circa acquisicionem ipsorum consumpserint revertuntur igitur ad
propria spe qua terras nostras occupare pretendebant omnino privati et fru-
strati et quid ulterius fecerit attendatis nam malum malo

cumulantes, iterum maiora pericula salutis sue et ceterorum christifidelium practicare
inceperunt tantum omnium fervorem ad destruccionem terrarum habuerunt quod non tantum cum
scismaticis vel barbaris verum si potuissent cum diabolis vel malis spiri-
tibus contra nos se ligassent. Et cum filiam primogenitam ducis Wy-
toldi christianam per nos baptizatam, cuidam magno duci et patenti
scismaticorum Basilio Moscovie in dampnatum matrimonium nuptui tra-
diderunt, ut cum ipso forcius potuissent nos et fidem catholicam
impugnare, que quidem filia de fide nostra ad sectam Scismatico-
rum sit transducta, taliter facta est infesta fidei catholice quod
tam patrem quam matrem odio habet, et omnes qui vocantur hoc nomine
christianus, ymmo conversiones infidelium, et scismaticorum impedivit et
impedit infinitas. Ceterum postquam predicti fratres nostri nobis fuerunt recon-
ciliati et cum ipsis demum sumus reuniti, iterum alium fratrem nostrum ger-
manum dominum Boleslaum alias Swidrigal dictum, nobis persuasio-
nibus sub dolis abstraxerunt quem eum in supremo principatu terrarum Lith-
wanie collocare promiserant, et in regem coronare, cum quo iterum intrantes
Terras Lithwanie magnas strages commiserunt perdicionibus tradimentis
et dissensionibus inter Nobiles et indigenas earundem terrarum nostrarum
Lithwanie principaliter seminatis per cuius quidem Boleslai, ducis, fratris
nostri, medium ordinaverat in effectu quod tartari ex una parte, nos debu-
erunt impugnare, et ipsi parte ab alia, et impetere nos atrociter
disposuerant, ampliacionem fidei catholice in eisdem terris nostris Lith-
wanie suffocare pretendentes Et sic idem dux Boleslaus frater noster
eosdem Tartaros ad hoc factum exequendum forcius volens allice-
re in signum federis bannerium, Imperatorum seu Cesaris tartarorum in terris
Podolie quas a nobis tenuit, erexerat, committens suis capitaneis
et gubernatoribus, quos loco sui in eisdem terris Podolie reliquerat
eisdem tartaris, quocienscumque impugnare nos voluissent presidia
facerent opportuna, Divina autem providencia que in sui disposicione
non fallitur operante, accidit, quod repulsis tartaris terras Podolie cum
potencia nostra ad nostram reduximus potestatem ipso fratre nostro cum eisdem
fratribus terras Lithwanie, cum validissimis exercitibus opprimente
et vastante Cognitum est enim illi qui nichil ignorat quod a tempore quo
fidem christianam assumpsimus et Regni Polonie recepimus diadema
semper nobis displicuit cum christianis, et domesticis fidei guerras facere
et quevis disturbia exercere omnes quoque molestias et cuncta incomoda
singulasque displicencias, dispendia et iacturas decem et octo annis
integris, tam in vastacionibus terrarum quam occisionibus neophitorum
necacionibus presbiterorum et aliarum spiritualium personarum quam eciam mortificacio-
nibus fratrum et consanguineorum, nobis plurimum dilectorum prout supra
describitur, pacienter sustulimus, nec manus extendimus contra
eosdem magistrum et fratres, Dum enim cum fidem assumpsimus offendere formi-
dantes. Si enim ipse magister et fratres ipsius ordinis, nos graciose et ma-
gis pacifice ad fidem venientes suscepissent, et caritate christi ac mi-
seracione humana pertractassent multa comoda per nos in amplia-
cione sacratissime fidei catholice et subieccione incredulorum fuisset
perpetrata. Et quamvis iuxta omnem legem iuxta omnem gencium ritum,
pax semper offerenda est eciam inimicis, et maxime in fide christi in qua nil
precipitandum est, in qua nemo repente fit summus. Ipsi tamen man-
datum caritatis, que est consummacio summe pacis, erga nos persequi
voluerunt nostram pacienciam omnino refutantes, et spernentes, quo-
rum religio munda et deo grata, iudicari non poterit, tante iniqui-
tatis temeritatibus deformata Nemo ergo miretur si verborum modestiam vis
doloris exasperet aut exuperet Iactura enim fidei et humani generis
interempti deplorantes publicam, ad hos sermones, paulisper
ordinis magistro, et fratribus, quamquam fortassis ingratos oportet prorum-
pere, O insana et impia altitudo, cur te extollis adversus scienciam
dei, cum perfecta sint opera qui vocat ea que non sunt tamquam ea que
sunt, qui infirma eligit, ut confundat forcia, Quare christum per-
xita

sequeris qui non pro te solum, sed pro omnibus mortem amaram sustinere dignatus
est. Cur sanctificari volentibus per baptismum, ad gremium sancte matris ecclesie
insultanter denegasti introitum. Amare compunctos corde mortificare tam
misericorditer presumebas. Cur proximos per Christum ad fidem invitatos tam depresso intuitu, et tam ingrate suscepisti quos in caritate non ficta, et in visceribus
Ihesu Christi amplecti debuisti. Cur novellis in fide quasi modo genitis et
infantibus, lac caritatis deifice, et doctrinam preceptorum domini ipsos im-
pugnando ab ore abstraxisti. Amare sicientibus semen fidei catholice,
ab aquis salutis repulisti. Cur cibatos et potatos temporalis mortis
amaritudine, domino deo placentem obtulisti victimam sed te a gracia cre-
atoris et hereditate celesti exclusisti, dum ipsis efferato animo celestis
dulcedinis propinari non curasti. Tibi propter hoc veremur ne, iusto
dei iudicio dampnacionem acquisiveris gehennalem utinam saperes et
novissima provideres, quod religio immaculata cordi tuo taliter inhere-
at, ut illud quod spiritu inceperis et tua professio attestatur, carne
nullatenus respuas vel confringas, nam titulos religionis proscribit
et abolet, nequicia in moribus, et fructus in peccatis. O utinam non
hec tibi essent dicenda, utinam que cogimur pro communi omnium
christianorum salute deferre tacere possemus. Sed nec licet postquam ad
evertenda regna nostra, immo in pediculos gressus catholice fidei cor-
natum exponis, videmusque te exurgente et clamitantem fortiter contra nos
ac ficta exponentem, ut que vere de te protulimus caligine quadam
tuo non vere assercionis delucescant. Sepe enim ut precepimus dissemi-
nasti, quod nos ope tartarorum christianum sanguinem effundimus et efferis
illorum gladiis sanciamus, at absit nos unquam christianum sanguinem nisi
vehementissime compulsos, et nostra tutela dumtaxat aspersisse dolem-
antem, et non dolere non possumus, cum audent illi, a quibus tot sumus
iniuriis lacessiti, tot insidiis oppressi, gloriam nostri nominis confundere et
contra nos iacula infamie iniicere, quibus ipsi in totius in christiane reli-
gionis dedecus sunt fedati, sed hoc evenerit, ut cum cogitant suis fal-
laciis nos opprimere, illis ipsis detectis, in laqueum illum incedent, in quo nos
XXVI innodare procurant. Ad rem devenimus unquid hoc certissimum est
quandocumque cum eis in pace fuimus, nos tartaros invasisse et illorum
fastum atque petulenciam viribus nostris fuisse repressam, Nam enim non mul-
ta tempora sunt decursa, quod habitis certis indiciis cum scismaticis, quibus
cum fidei contemplacione bellum gerebamus et adversum tartaros con-
versis, illos manum, et potencia nostra ac fratrum nostrorum quorum et corpora fra-
trum aliquali presidio tunc intereramus talium eorum exercitum invasisse
et tale cum eis prelium commisisse, quod similis conflictus, vix extitit auditus, Verum
non sumus magna clade nostrarum gencium, ex regno enim polonie ac litthwanie
meliores pene ceciderunt aliorum aut ad nunc non parum fusus est exer-
citus In eo autem bello prelio ut deo placuit, Tartarorum imperator extitit
interemptus, cuiusque neces, maxima nobis pro fide catholica in illis par-
tibus, protegenda prestitit adiumenta, Nam ex post tartaris dempio
contendentibus, licencia nobis maior extitit christianam religionem ampli-
are, Quomodo ergo tartaros in christianum sanguinem effundendum vocare-
mus, quos nos pro eorum custodia, cum tanto nostrarum gencium, ac regnorum
periculo invasimus et invadendo perculsimus, hodiernis prout circa pro-
ribus, nos fines tartarorum, eorum cum tartaris nostre potestati subiectis custodi-
mus, eorumque respectu precipue talium tartarorum ope ad impediendum
alios eiusdem condicionis fungimur, quo circumvicinus christiane religioni, eos
copulare valeamus, istorum eorum auxilio sepe munimur, si qui ex christianis
indebite nos molestent, Si enim magnatis armis, ob tutelam nostram
uti licet, cur talium non decet suffragiis se iuvare, Idem et fratres
ex prutenicis quosdam non usquequaque in fide sapientes, quo validius pu-
gnare valeant secum ducunt. Repetantur quesumus tempora postquam
conversi sumus ad fidem, nunquam nisi provocati ad bella prorupimus,
et illa, quidem non gladio terminare sed concordia sopire curavimus

Verum non licuit cum fratribus predictis federis iure postquam in eisdem superbia re-
ligionem vicit et paciencia temeritas superavit. Nam iam annus habetur,
quo constituto nostrorum exercitu amplissimo penes nos prefata causa, non
pro iniuria inferenda deus novit, sed ut eorundem iam pridem incepta bella
meliori convencione sopirentur, ecce magistri ordinis et marescalli missilis
XXXVIII duo gladii nobis presentati sunt, quorum altero quilibet se defenderet,
et nobis plurimum indictum est quod etsi non libenter suscepimus, animose
tamen et victrici dextra peregimus itaque fusus est exercitus prutenorum et lacri-
mabiliter interempti. Nos ergo bella iuste semper incepimus, et illa cum
licuit concordia terminavimus aut si denuo experiri oportuit, deo pro-
picio, cuius nomine, potissima nostra bella geruntur, victoriam habuimus.
O gens deo dedicata et fratres Christi vestem deferentes, cur nos, ita nunc mo-
XXXIX do gens deo dedicata et fratres Christi vestem deferentes, cur nos, ita nunc mo
factis, nunc verbis opprimitis, an melius foret, mutata professione, et
constituta vestri ordinis, loca tam dedicata relinquere finitima adire, ac
habitare, quibus tartarorum insultus opprimere valeret, quam rem, ita
nos affectamus, ut si id agere velletis, omnimode assistere curaremus.
An ea est intencio christianorum ut hec loca possideatis talia, quo ocio con-
fecti, stedidam vitam trahatis, et non solum hostes fidei catholice non oppu-
gnetis, sed immo conversos distrahere contingat. Hiis omnibus recensitis
procul dubio putamus quod sanctitas vestra, ad providendum accuracius invita-
bitur. Sed quo vigilancius futuris bellis obviare curetis, patres electissimi
nunc que in presenciarum contra initas treugas attemptarunt, recitaturi
1002 sumus licet enim alias multarum turbacionum nos affecerint materiis, et
diversorum incomodorum involutos nos turbaverint, que vestris paternitati-
bus singulariter describimus. Novissime tamen diebus hiis pendentibus
pacis federibus ad biennium per sepedictum dominum Lausanensem episcopum, apostolice
sedis legatum, cum omni sinceritate ut putamus stabilitatis, ad novas
contenciones et violaciones treugarum, non sunt veriti consurgere, vil-
las has videlicet Inczimow, Orlaw et Novavuesch, de manibus
capitaneorum nostrorum violenter extrahendo, quas utique ex pactis singula-
ribus tali modo extrahere non debebant. Eisdem quoque eciam treugis
durantibus ipsi fratres per quendam commendatorem ipsorum de Neschow
precio conduxerunt sexaginta maleficos incendiarios, qui nos et sub-
ditos nostros per incendia dampnificaverunt multimode, quorum circa
incendia huiusmodi, magna pars fuerat deprehensa, quorum et
quilibet singulariter confitebatur quod propter dictum commendatorem
de Neschow conventus sunt de tribus marcis quas unicuique talium
pro cuiuslibet ville, aut allodii, seu cuiuscumque loci incendio solvere
tenebatur. Ita quod hiis et aliis consimilibus contra pacis federa per
ipsos taliter inchoatis oportet nos tenere armatas gentes, et terras
nostras custodire, sumptus quoque magnos, circa easdem treugas pacis facere
quales in gwerris nullatenus faceremus. Ideo quod patres metuendissi-
mi, ex quo eterni regis disposicio ineffabili racione cuncta ordinans
et disponens, nos in unum convenire decrevit, quo iudicare habeatis
impios, et custodire innocentes, ad vestram recurrimus sanctitatem
zelo maxime fidei christiane, ut talium magistri et fratrum petulantissimis
ausibus, frenum apponatis modestie, ac molas leonum confringere
studeatis, quid enim est quod omnes de tam sanctissima Synodo contremi-
scunt, nisi quod licenciam habetis, in viam veritatis et iusticie dirigere
omnem gentem, quibus nisi nunc provideatis, manum ad tale aratrum
audebit apponere, non sit timor in cordibus vestris, nec tepescat fons ca-
ritatis cuius haustus potissime nobis competit, audite pacientissime
sermones nostros et illos vestris auribus innodetis quesumus, denique nostra in-
nocencia, veritas et salus, ut vestris presidiis protegantur supplices ex-
oramus patres sanctissimi quos deus feliciter, et hanc sacratissimam
Synodum faciat terminare etc.

